

dat ne deficiamus. Nullus in tentatione diffidat: quia evidens diuinæ dilectionis signum est ipsa probatio tētationis. Sicut ab vno fonte plurimi emanāt riui- li, ita & à tētationibus multifariæ utilitates proueniunt. Et primò tētatio erudit: vnde dicit sermo di- uinus. Hæ sunt gentes quas reliquit dominus, vt in il- lis erudiret Israel. Aegrescit profectò ingenium, nisi iugi lectione reparetur. Citò expediuntur horrea, que nõ fuerint assidua adiectione fulcita. Thesaurus ipse, sicut facile exhauritur, si nullis interim pecuniis re- ficiatur; & citò potest attenuari: sic & patientiæ vir- tus deficit, nisi tētatione erudiat. Humiliat etiam tētatio. Dum enim vitia tentat, proficientes virtutes humiliat. Multos enim sua peius felicitas strauit, plurisque diuturna pax elatione proftrauit, eoque illos hostis grauius percudit, quo longiore quietis vtu negligentes inuenit. Vnde sancti viri, cum multa se pronocere virtutù prosperitate considerant: quodam supernæ dispensationis moderamine exerceri se in tētationibus exultant: quia tanto robustius accepta virtutum gloriam custodiunt, quanto tētationis impulsu concussi infirmitatem suam humiliter agnos- cunt. Hæc negligentiam repellit. Sicut enim caro, si sale non aspergitur: quamuis sit magna & præcipua, corrumpitur: ita & anima nisi tētationibus assiduis saluatur, continuo resoluitur & relaxatur. Per ipsa nempe tētamenta anima negligentia putredinem excutit: & in spiritus viuacitate cõseruatur. Ipsa vir- tutes perficit. Vita etenim nostra non potest esse sine peccato, nec sine tētatione: quia profectus noster per tētationem nostram fit. Non enim potest absq; tētatione homo ad perfectionem venire, nec sibi innotescit, nisi tentatus, nec potest coronari, nisi vic- erit: nec potest vincere, nisi certauerit, non potest certare, nisi inimicum & tētationem habuerit. Conseruat etiam tētatio. Tunc enim interius bene custodimur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentamur exterius: aliquando vitiis, aliquando pres- suris. Nec tētatio exterior culpam perficit: quia in- terior intentio sursum trahit. Nec rursus interior intentio in superbiam eleuat, quia tētatio exterior humiliat. Hæc virtutem hominis notam fecit: de quo dicitur Deuterono. xii. Tentat vos deus, vt pal- lam fiat, vtrum diligatis eum an non. Proximum ad- iacet. Vnde Tobia 11. Hanc tētationem ideo permi- sit illi venire deus, vt posteris daretur exemplum pa- tientie eius. Postremò in futuro coronat. Hoc habet pro certo domine omnis qui colit te: quia si vita eius in tētatione fuerit, coronabitur. Quod euidenter tes- tatur beatus Iacob: dicens: Beatus homo qui suffert tētationem: quoniã cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quã re promissit deus diligentibus se.

*Quod ex quinque considerationibus rationabiliter vehe- menter que preparatur homo ad patientiam.*

C A P. V.



Vinque sunt cõsiderationes, que hominem ad patientiam preparant. Et primò exem- pla, que querimus. scilicet malorum, qui tot & tanta sustinent: vt peccata sua perficiant, qui quotidianis cruciatibus cruciatum merentur æter- num. De quibus scriptura dicit: Via enim peccantiũ complantata lapidibus, & in fine illius infernus & tenebra. Similiter exempla illorum, qui pro mini-

Ecc. 21.

mis & transitoriis bonis tot & tanta sustinent. Ecce Iac. 5. agricola expectat fructus terræ patienter, donec reci- piat eos. Amant deniq; perueri homines pro mundi gloria & rebus transitoriis tribulationes: cunctisque pro eis sudoribus libenter seruiunt: & grauium labo- rum iugo deuotissime colla submittunt: quod bene sub Efraym specie per Osee Prophetã mythicè descri- bitur, qui ait, Efraym vitula docta diligere tritura. Vitula enim triturat laboribus afflicta, relaxata ple- runque ad eundẽ laboris vium etiam non compulla reuertitur. Ita & prauorũ mentes huius mundi seruitio dedita, & rerũ temporalium fatigationibus affecta & afflicta: etiam si eis liberè vacare liceat: subesse tamẽ terrenis sudoribus festinant. Quarum exemplo iusti mens edocet, contrarios euentus, & cuncta quæ pre- munt, debet æquanimiter tolerare. Exempla quoque sanctorum nos promouent ad patientiam. Vnde Iac. 5. Iacobus ait, Exem- plum accipite fratres exitus mali, scilicet Iac. 5. ganimitatis, & laboris, & patientia prophetas, qui lo- cuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiã Iob audistis, & finem do- mini vidistis: quoniam misericors est dominus & mi- serator. Facta enim sanctorum vi cõsideremus, graui- a non erunt, que toleramus. Secundo circa ea, que fe- cimus. Vnde per Micheam dicitur, Iram domini por- tabo, quoniam peccauit ei. Tunc enim patienter illa- ta flagella toleramus, cum in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus: quia per hoc, quod culpa pô- dus agnoscerit, afflictionis pœna leuigatur. Patienter quippe vnusquisq; aduersa portat, cum pie meminit, quod in se habet tortaliẽ, in quo ipse debeat tolerari. Et qualia aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, cuique ad mentem culpa reuocatur: quia eru- bescit peccatis alienis non parere: qui domino vel proximo sepe se recollit parcenda perpetrasse. Tertio circa ea, que meruimus. Leue quidem videtur, quod iniuria percutimur, dum in actione nostra conspici- mus: quod peius est, quod meremur. Quum enim ab aliquo aliquid iniuste passus sumus, reminiscamur que pro peccatis nostris merito sustinere debemus: & tũ si patienter ferimus, aut remissionem omnium acci- piemus delictorum: aut sitantia in nobis peccata non fuerint, clarioribus coronabimur meritorũ trium- phis. Quarto circa ea que patiuntur persecutores. Quanto enim amplius auiunt, tãto magis infaniunt, & perditionem suam operantur. Phrenetici sunt, & suo se mucrone interimunt. Cuius nãque peccus tam ferreum: cuius se cor tam lapideũ, vt gemitus non ex- primat, lacrymas non effundat, cum proximi & per- secutoris morbum vel interitum intuetur, vt patienti non compatitur, & pereunt non condoleat. Ipse enim Dominus Iesus cum crucifigeretur, non est im- patientia cõmotus: cum malediceretur, non maledi- cebat, nec cõminabatur, cum pateretur. Quin potius ipsis cõpatiens crucifixoribus pro ipsorum perditio- ne oratione ad patrem fudit, dicens: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sic & à fidelibus semper perse- cutores amandi sunt. Nã tanto se vnusquisq; ad pati- entiam profecisse verius demonstrat, quanto persecuto- rum mala per compassionẽ robustius tolerat. Nã mi- nus in se cõualuit quẽ iniquitas aliena strauit: q in eo quod ferre cõtrarietatem non valet, impatienciã suã gladio confossus inacet. Quinto circa hoc. scilicet tribula- tiones à Deo sunt: & in iplo Domino Iesu fuerunt. Vnde

Of. 10.

Iac. 5.

Mich. 7.

30

40

50

60

Luc. 21.

Vnde